

CAPUT II.

De Quarto Praecepto: *Honora Patrem, etc.*

DUBIUM I.

Ad quid teneantur Liberi erga Parentes.

333. *Quae teneantur filii praestare parentibus circa amorem.* — 334. *Quae, circa reverentiam.* — 335. *Quae, circa obedientiam.* — Vide alia ibidem.

Liberi tenentur tria praestare parentibus.

333. — « Resp. Tenentur, vi hujus praecepti, tum genitoribus, tum superioribus, in iis rebus, in quibus quisque, et quamdiu subjectus iis est, *amorem, reverentiam et obedientiam* praestare; ita ut, si notabilis horum defectus sit in re gravi, graviter peccetur: quod facilius fiet respectu parentum, quam aliorum. — Ita communiter. Vide *Filliuccium*¹, *Reginaldum*², etc.

Unde resolvetur:

« 1^o. Contra *amorem* graviter peccat filius: 1^o. Si signa odii parentibus ostendat, et aspere tractet. — 2^o. Si torvo oculo fere semper intueatur; ac ita aspere loquatur ac si odio haberet. — 3^o. Si non subveniat in gravi necessitate spirituali vel corporali. [Hinc etiam graviter peccant filii, negligentes preces et Sacrificia offerri pro parentibus. *Salmant.*³]. — 4^o. Si non impleat eorum testamenta et legata: modo haeres sit. — 5^o. Si grave malum, v. gr. mortem illis optet. — *Navarrus, Reginaldus*⁴, *Filliuccius*⁵.

Graviter ideo peccant filii, si non carent ut parentes, in articulo mortis constituti, suscipiant sacramentum Poenitentiae et alia. *Bonacina*⁶, *Filliuccius*⁷; *Salmant.*⁸ cum *Azor*, *Navarro*⁹, *Trullenchi*. — Idem, si impediunt parentes, ne faciant testamentum¹⁰. *Bonacina*⁹, *Tamburinius*¹⁰.

¹ Tr. 28, part. 2, cap. 1. — ² Lib. 20, cap. 1. — ³ Tr. 24, de 4 Praec. decal., cap. un., n. 4. — *Navar.*, *Man.*, cap. 14, a n. 11. — ⁴ Lib. 20, cap. 2, a n. 8. — ⁵ Loc. cit., cap. 1, n. 3, 5 et 14. — ⁶ Disp. 6, de 4 Praec., punct. 5, n. 2. — ⁷ Loc. cit., n. 3. — ⁸ Loc. cit., num. 4. — *Azor*, part. 2, lib. 2, cap. 2, qu. 5. — *Trull.*, lib. 4, cap. 1, dub. 2, n. 15.

333. — ^{a)} *Navarrus*, cap. 14, n. 13, in generali tantum peccare dicit filium, « qui parentibus magna necessitate oppressis non subven-

Quod tamen intelligitur, si malis artibus impediunt; secus vero, si modis permissis id faciant, tunc ab omni culpa immunes erunt.

334. — « II^o. Contra *reverentiam* graviter peccat filius: 1^o. Si percutiat, etiam leviter. Et, secundum *Reginaldum*, 2^o. Si manum ad percutiendum deliberate at tollat». — [Ita omnes communiter; et recte advertit Sporer¹¹, quod in his filius duplicititer peccaret, contra justitiam et contra pietatem].

« 3^o. Si graviter» [parentes] « contristet. *Reginaldus*¹², *Filliuccius*¹³. — [Etiamsi verba non sint graviter contumeliosa; ut probabilius ait *Busenbaum* (mox infra) et *Bonacina*¹⁴: contra *Elbel*¹⁵, dicentem non esse mortale, si iracundia parentum non oriatur ex ipso verbo aut facto, cum hoc sit leviter injuriosum, sed ex sinistra apprehensione vel eorum indispositione. Nam si tunc non laeditur graviter reverentia, saltem graviter violatur amor erga parentes, eos sine justa causa graviter et deliberate contristando].

« 4^o. Si animo deliberato ad gravem iram provocet verbis contumeliosis, vel talibus, quibus sciat graviter offendendos». — [Hinc bene ait *Roncaglia*¹⁶, non excusari a mortali, qui matrem vocet: *Pazza, ubriaca, bestia, strega, ladra, et similia*. Qui vero diceret tantum: *Vecchia*,

⁹ Disp. 6, de 4 Praec., punct. 5, num. 2. — ¹⁰ *Decal.*, lib. 5, cap. 2, § 2, n. 5. — *Regin.*, lib. 20, n. 24. — ¹¹ Tr. 3, cap. 5, num. 32. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Tr. 28, part. 2, cap. 1, n. 17 et 18. — ¹⁴ Loc. cit., punct. 2, n. 4. — ¹⁵ Confer. 19, (de 4 Praec.), n. 557. — ¹⁶ Tr. 10, de 4 Praec., cap. 1, reg. in praxi, n. 1.

nit..., vel gravibus morbis detentis, cum id commode facere potest».

^{b)} *Tamburinius* loquitur de filiis qui im-

stordita, ignorante, et similia, puto non posse de se absolute damnari de mortali, nisi parentis graviter de his verbis offendatur. Peccat autem graviter filius, qui parentes frequenter torvis oculis aspicit, aut verbis asperis alloquitur; ita ut videatur eos odio habere. *Busenbaum* (ut supra), et *Bonacina*¹ cum *Silvestro*², *Grafio*, etc.; *Elbel*³, *Roncaglia*⁴.

« 5^o. Si maledicta, convicia, etc., in eos « conjiciat. — *Navarrus, Filliuccius*, etc. ». [Cum Continuatore *Tournely*⁵. Intellige, in praesentia; ut videbimus in subsequenti adnotatione. — Idem, si parentes deliberate, gestu vel risu subsannet; ut Sporer⁶ et alii. Dicitur *deliberate*; nam in his et similibus, ut supra, saepe excusant filii a mortali propter indeliberationem actus: ut notant *Bonacina* et *Elbel*].

« 6^o. Si» [parentes] « pauperes despiciat, vel nolit agnoscerre. Quod si tamen exterius tantum dissimulet se nosse, et nolit apud se habere ex justa causa, dummodo⁷ provideat de necessariis: *Bonacina*⁸ excusat a peccato gravi, eo quod rationabiliter non sint inviti». — [Hinc probabiliter apud *Salmant.*⁹, *Azor*, *Navarrus*¹⁰; item *Azor*, *Vasquez*, *Sà*, etc., apud *Salmant.*¹¹. Ajunt enim praefati autores, per copulam fornicariam occultam in ecclesia non committi sacrilegium, nec

¹ Disp. 6, de 4 Praec., punct. 3, num. 3. — *Jacob. de Graffis*, *Decis. aur.*, part. 1, lib. 2, cap. 56, num. 5. — ² Confer. 19, (de 4 Praec.) n. 550. — ³ Tr. 10, cap. 1, reg. in praxi, n. 3. — *Navar.*, *Man.*, cap. 14, n. 12, v. 5. — ⁴ *Quinto et Sexto*, — *Fill.*, tr. 28, part. 2, n. 17. — ⁵ Tr. 3, cap. 5, n. 31. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 2, n. 8. — *Elbel*, loc. cit., n. 557, v. f. — ⁶ Loc. cit., punct. 2, n. 4. — ⁷ Tr. 24, n. 5. — *Asor*, part. 2, lib. 2, cap. 2, qu. 10, — *Navar.*, loc. cit., v. *Octavo*. — *Tolet.*, lib. 5, cap. 1, n. 7. — *Trull.*, lib. 4, cap. 1, dub. 2, n. 8. — *Bonac.*, loc. cit., n. 4, v. *Quarto*. — ⁸ Loc. cit., n. 4, i. f. — ⁹ Loc. cit., n. 30 et 31. — ¹⁰ Tr. 5, cap. 4, n. 125, et 136. — ¹¹ *De Sacram.*, qu. 83, n. 230. — ¹² *De Matrim.*, lib. 10, cap. 10, n. 15. — ¹³ Lib. 5, cap. 8, n. 8. — ¹⁴ *Man.*, cap. 27, n. 256, i. f. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 26, qu. 13, v. *Quinto*. — *Vasq.*, in 1^{am} 2nd, disp. 98, cap. 5, num. 6. — *Sà*, v. *Ecclesia*, n. 19. — ¹⁵ Tr. 9, de *Matrim.*, cap. 15, n. 64.

pediunt parentes, « ne necessarium condant testamentum ».

334. — ^{a)} *Silvester*, v. *Fili*, n. 25, remclare significat, dicens filium teneri ad amoris signa parentibus ostendenda; « unde excusari non videtur a mortali, si amoris signa nunquam parentibus ostendit, sed semper dure loquitur ».

^{b)} *Contin. Tournely*, *de Carit. sect. 7*, p. 2, qu. 1, v. *Ex dictis colliges*, maledictionem aut imprecationem grave esse peccatum asserit, quamvis ex animo non proferatur, si tamen fiat « contumeliose, ut si persona cui mala haec oretenus imprecari, singulari veneratione digna sit ».

^{c)} Ista limitatio: dummodo provideat de necessariis, apud *Bonacina* non reperitur.

^{d)} Tertius iste casus, quamvis a *Salmant.*

mine essent notati; 3^o si solum^{d)} exteriorius dissimularet, sine interno contemptu: quia tunc (ut ait *Bonacina*) ipsi parentes non censentur graviter aut rationabiliter invitati.

« 7^o. Si in foro externo» [filius] « etiam « de vero crimine » [parentes] « accuset; « extra crimen haeresis, proditiois vel « conjurationis in principem, cum non est « alias corrigendi modus. — Vide *Bona- « cina*⁷ ».

Absolute dicit Sporer⁸, filium maledicentem parentibus, sive eos subsannantem, non excusari a peccato mortali: sive faciat in eorum praesentia, sive in absentia. — Nescio quomodo hic auctor (quamvis in aliis suis sententiis satis aequus, et forte aliquando plus quam par est benignus) hoc potuerit absolute asserere. Nam, ut ipsem fatetur⁹, et omnes docent, reverentia sive honor non laeditur, nisi per contumeliam illatam in praesentia; vel in absentia, sed eo fine ut alter resciat.

Praeterea, accedit id quod dicunt plures graves doctores, ut *Coninck*¹⁰, *Pontius*¹¹ (et asserit commune), *Toletus*¹², *Na- varrus*¹³; item *Azor*, *Vasquez*, *Sà*, etc., apud *Salmant.*¹⁴. Ajunt enim praefati autores, per copulam fornicariam occultam in ecclesia non committi sacrilegium, nec

Per accusationem in foro extero.

Maledicere parenti absenti non est mortale

pollui ecclesiam ^{e)}. Ratio, quam tradit Coninck apud Salmant., quia reverentia ecclesiae debita consistit in opinione hominum, sicut fama: ergo, sicut homines non fiunt infames, nisi crimina innotescant; ita reverentia loci sacri non violatur, nisi publice pateat de crimen. — Quidquid sit de hac sententia, quae satis est probabilis, ut dicunt Salmant.¹ (licet opposita mihi sit probabilior; quia irreverentia tunc irrogatur Deo, qui in ecclesia speciali modo assistit, et omnia occulta respicit: vide infra, *de sexto Praec.*, n. 458, v. *Tertia*): quod mea interest hic, est ratio adducta, nempe, quod reverentia non laeditur nisi per manifestationem contumeliae. — Quomodo igitur peccabit graviter filius, clam maledicens parenti, aut subsannans in ejus absentia; cum non adsit tunc neque contumelia neque irreverentia?

Et hoc puto dicendum, etiamsi hoc faciat coram aliis. — Attamen non nego in hoc adesse quamdam vilipensionem exercitam, repugnantem reverentiae parentibus debitae: specialemque malitiam contra pietatem continentem; sed quae non pertinet ad peccatum mortale: nisi casu, quo filius eis malediceret animo malevolo aut cum magno contemptu, nempe, si malediceret coram aliis, eo fine ut illi deinde parentibus deferant, vel forte saltem prae sumendo quod deferent.

Dicunt autem Viva, Elbel, Tamburinius, Mazzotta et Bonacina cum aliis, filium parentibus maledicentem, graviter peccare, sive illi sint vivi sive defuncti. Sed praefati auctores (aliquantulum nimis inconsiderate) non explicant, an maledictio fiat cum animo vel sine animo malevolo. — Verumtatem omnino intelligendum non peccare graviter, si sine tali animo maledicat. Et revera Navarrus et Filiuccius, quos citat Bonacina pro hac doctrina, sic intelligunt. Navarrus² enim dicit, peccare filium, *qui ex animo ipsis*

^{e)} Coninck, *de Sacr.*, qu. 88, n. 230. — *Salmant.*, tr. 9, *de Matrim.*, cap. 15, n. 65. — ¹ Loc. cit. — *Viva*, *de Praec. decal.*, qu. 11, art. 1, n. 3. — *Elbel*, *de 4 Praec.*, n. 557. — *Tambur.*, *Decal.*, lib. 5, cap. 2, § 2, num. 13. — *Mazzot.*, tr. 2, disp. 2, qu. 2, cap. 1. — *Bonac.*, disp. 6, *de 4º Praec.*, punct. 2, n. 4. — *Navar.*, *Man.*, cap. 14, n. 12, v. *Sexto*.

[parentibus] *maledicit*, sive *vivis sive jam saeculo defunctis...*; si tamen ore tenus tantum maledixit, non amplius quam venialiter offendit. Idque quasi eisdem verbis confirmat Filiuccius³.

335. — « *III. Contra obedientiam graviter* » [filius] « *peccat*:

« 1º. Si in re gravi sit inobedientis circa ea quae pertinent ad gubernationem dominus, bonos mores vel animae salutem. — Filiuccius⁴.

« 2º. Si contra voluntatem parentis ducat uxorem se indignam. Indigna autem dicitur, cum qua non potest contra here sine dedecore, juxta suae regionis usum ». [Vide dicenda *de Matrim.*, Lib. VI, n. 851] « non tamen potest exhae redari idcirco ». [Vide Lib. III, n. 949].

« 3º. Si sine justa causa nolit eam duceri, quam vult parens; maxime, si inde saporentur odia, aut parentum necessitas levaretur. Erit autem justa causa, v. gr. si sit impar familia, si infirma, deformis, fatua vel immorigera.

« 4º. Si, inconsultis parentibus, nubat, ut habet Sanchez ». [De hoc vide, *de Matrim.*, Lib. VI, n. 849, Qu. 1].

« Potest tamen, ubi consuluit, ipsis in vitis, prudenter contrahere cum se dirigere possint bona? — Item, an alienare possint bona? — Vide infra, *Lib. III*, tr. 5, cap. 3, dub. 2; et *Lib. III*, tr. 5, cap. 4, dub. 1 ».

« An, et quomodo peccent liberi furando a parentibus? — Vide infra, *Lib. III*, tr. 5, cap. 1, dub. 4 », [n. 543].

« Item, an alienare possint bona? — Vide infra, *Lib. III*, tr. 5, cap. 3, dub. 2; et *Lib. III*, tr. 5, cap. 4, dub. 1 ».

Tenetur igitur filius obedire parenti, in iis quae mox dicta sunt. Et peccat graviter, peccato speciali in confessione explicando, si materia sit gravis, et parens praeceperit expresso et serio id mandaverit; secus, si tantum monuerit: ut Sporer⁵, Roncaglia⁶ et Holzmann¹⁰. Additique

Fili., tr. 28, part. 2, cap. 1, num. 17. — *Bonac.*, loc. cit., n. 4. — ¹ Loc. cit. — ² Loc. cit. — ³ Tr. 28, part. 2, cap. 1, num. 20. — *Sanch.*, *de Matrim.*, lib. 4, disp. 28, n. 10. — ⁴ Lib. 2, cap. 40, dub. 10, n. 63. — ⁵ Loc. cit. — ⁶ Loc. cit., n. 20, v. *Tertio*. — ⁷ Tr. 3, cap. 5, n. 14. — ⁸ Tr. 10, de 4º Praec., cap. 1, qu. 3. — ¹⁰ *De 4º Praec.*, n. 555.

non loquuntur; et solum negant pollui ecclesiam per fornicationem occultam.

Peccata contra obedientiam.

In electione status filius non tenetur obediens.

Praeterea hic advertendum, filium non teneri obedire in iis quae pertinent ad statum eligendum. — Hinc, graviter peccant parentes qui eos cogunt, etiam indirecte, invitatos ad vitae statum eligendum, sive clericalem, sive conjugalem; vel contra, si eos injuste retrahunt, etiam sine vi vel fraude, a statu religioso, clericali vel conjugali, sine justa causa: quia parentibus specialiter incumbit consulere bono spirituali filiorum. — Ita Molina^{c)}, Elbel^{d)} et Sporer^{e)} cum communi.

Unde, si filius se sentiat a Deo vocatum ad religiosum vel clericalem statum, et advertat parentes injuste impedituros; consultius aget, rem eis celando, di-

Lugo¹, et Bonacina² cum Navarro^{a)} et Rodriguez, filium tunc speciale hoc peccatum committere, cum parens imperat aliquid, intendens obligare ad obedientiam obedientia sibi debita. — Immo dicunt Sporer^{b)}, et Elbel^{c)} cum Marchant^{d)}, tunc filium graviter peccare, quando ordinariae praeceptum transgreditur; secus, si aliquoties ex negligentia.

Vide alia quae de hac materia fuse dicentur *Lib. IV*, ex n. 66.

^{a)} *De Sacr. Poenit.*, disp. 16, n. 226, i. f. — ^{b)} *Disp. 6*, de 4º Praec., punct. 4, num. 3. — *Rodrig.*, *Sum.*, part. 1, cap. 14, num. 1. — ^{c)} *Tr. 3*, cap. 5, num. 16. — ^{d)} *Conf. 19* (de

^{e)} *Filius tenetur alere parentes e gentes.*

^{f)} *IV.* Tenetur proles alere parentes egentes; adeo ut, si in gravi necessitate alter juvari non possint, teneatur manere in saeculo: nisi tamen in hoc illi certum, vel certe valde probabile periculum salutis imminet»; [Vide infra, *de Statu relig.*, *Lib. IV*, n. 66]; ubi etiam de fratribus, n. 70] « et, si religionem sit ingressus, teneatur egredi et juvare parentes: dummodo eorum necessitas ejus professionem antecesserit. — *Filiuccius* g), Bonacina h). [Vide dicto *Lib. IV*, n. 67].

¹ *De Sacr. Poenit.*, disp. 16, n. 226. — ² *Loc. cit.*, n. 588. — ³ *Tr. 3*, cap. 5, num. 20 et seqq. — ⁴ *Loc. cit.* — ⁵ *Disp. 6*, de 4º Praec., punct. 4, n. 2. — ⁶ *Loc. cit.*, n. 539.

Quid, si religionem ingressus sit.

335. — a) Bonacina de hoc et aliis casibus simul tractat, auctoresque promiscue allegat; sed Navarrus, *cap. 14*, n. 12, non habet praesentem casum.

b) Petrus Marchant ab Elbel his verbis allegatur: « *Videatur... Marchant* ». Qui revera, in suo *Tribun.*, tom. 2, tr. 5, tit. 2, qu. 3, i. f., sententiam hanc innuit, scribens: « *Requiritur... ad illud peccatum quidam virtualis contemptus mandati et virtualis contumacia; unde filius, qui ex aliqua negligentia vel socioria fragilitatis humanae, absque ullo contemptu, mandatum patris transgrederetur, non censeretur peccare mortaliter* ».

c) Molina, *de Just. et Jure*, tr. 4, disp. 51, n. 2, v. *Secunda vero pars*, ita loquitur de parentibus, qui liberos ab ingressu religionis necessitatatem, « dummodo non sit in gravi et probabili periculo peccandi mortaliter, a quo liberetur per ingressum religionis ». Si autem religionem jam sit ingressus, et parentum necessitas sit extrema, egredi tenetur, nisi forte aequo bene subveniat religio; si autem gravis sit necessitas parentum, teneri adhuc egredi, si ea necessitas ingressum praeesserit.

d) Sayrus, *Clav.*, lib. 7, cap. 6, n. 11, haec generatim dicit: « Immo addo, quandcumque ex dilatione operis consilii timetur probabile impedimentum, per quod non possit amplius impleri, vel nonnisi difficulter; tunc de quacumque radice nascatur scandalum, poterit statim implere illa opera et satisfacere, si post opera adimplenta reddat rationem sufficientem ad tollendum scandalum ».

e) Bonacina, *loc. cit.*, punct. 5, n. 4, 6 et 7, de ingressu in religionem omnino concordat; de illo autem qui jam ingressus est, alio modo

Quid, si necessitas superveniat professioni.

« V^o. Si vero necessitas post professio-
nem superveniat, si extrema sit, tene-
tur egredi, petita prius, licet non ob-
tenta, venia. Si autem sit gravis tantum,
in qua utcumque possint vivere, non te-
netur quidem; potest tamen egredi, si
praelatus permittat.

« Quo casu tenetur, in quantum non
obstat suo intento, deferre habitum et
observare substantialia religionis; at,
postquam parentibus « subventum est,
redire » [tenetur]. — « Vide Lessium¹.
Vide et infra Lib. IV, cap. I, dub. V.
[De Statu relig., Lib. IV, n. 67].

DUBIUM II.

Ad quid teneantur Parentes erga Filios.

336. *Quae teneantur parentes praestare filiis, quoad alimenta et educationem.* — 337. *An teneantur pater dotare filiam nuptam contra ejus consensum.* — 338. *Sanctio Neapolitana circa alimenta filiorum.* — 339. *Ad quid aliud teneantur parentes.* — 340. *Ad quid teneantur fratres.* — 341. *An possint aliquando parentes filios exhaeredare. Et quae sint causae justae exhaeredandi.* — Vide etiam de hoc, n. 948.

Parentes tenentur ad curam filiorum,

336. — « Parentes, quo nomine etiam intelliguntur ascendentis, v. gr. avus, proavus, etc., tenentur gravi obligatione juris naturalis conservationem et educationem liberorum curare.

« Circa quod, ex Bonacina², Azor³, Filliuccio⁴, resolvuntur hi casus:
« 1^o. Graviter peccant parentes, qui sine justa causa prolem hospitali vel locis publicis exponunt. Vide Bonacina⁵ et Filliuccium⁶. — [Justa autem causa est, si proles sit illegitima, ut probabiliter Laymann, Diana^a, Henriquez, Salmant.^b. Vide de Restit., n. 656].

« 2^o. Mater tenetur (sub veniali tamen) lactare proprio lacte: nisi habeat justam excusationem [v. gr. sit debilis aut nobilis ob consuetudinem]. Salmant.^c cum

¹ Lib. 2, cap. 41, n. 34, v. *Si filius*. — ² Disp. 6, de 4^o Praec., punct. 6, n. 1. — ³ Part. 2, lib. 2, cap. 4, qu. 17 et qu. ult. — ⁴ Tr. 28, part. 2, cap. 2, num. 21 et seqq. — ⁵ Loc. cit., punct. 6, § 1, n. 6. — ⁶ Loc. cit., cap. 2, n. 21. — Laym., lib. 3, tr. 3, part. 3, cap. 14, n. 4. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 19, n. 3, lit. c. — ^b Tr. 24, de 4^o Praec., n. 36;

Navarro, Azor, Trullench, etc.]: « tunc vero tenetur sub gravi peccato bonam nutricem quaerere. Bonacina⁹, Laymann^b. — Item tenetur secundum jura prolem alere ad finem anni tertii ». [Si vero mater non possit lactare, tenetur pater ad expensas lactationis. Croix¹⁰ et Salmant.¹¹ cum communi]. « Postea educationis usque ad emancipationem spectat ad patrem. Excipe, nisi hic esset pauper, et mater dives. — Filliuccius, Laymann^c, Reginaldus¹².

« 3^o. Pater tenetur proli, non tantum legitimae, sed etiam (in quo jus civile a canonico correctum est juxta cap. Cum haberet) spuria, curare alimenta; hoc est, cibum, potum, vestitum et honestas artes, juxta suum statum: nisi tamen

cfr. tr. 13, de Restitut., cap. 3, n. 29. — ⁸ Tr. 24, n. 35. — ⁹ Navar., Man., cap. 14, n. 17. — *Azor*, part. 2, lib. 2, cap. 4, qu. 3. — ¹⁰ Trull., lib. 4, cap. 1, dub. 3, n. 24. — ¹¹ Loc. cit., punct. 6, § 1, n. 4. — ¹² Lib. 8, part. 1, n. 697. — ¹¹ Tr. 24, num. 34. — *Fill.*, tr. 28, part. 2, n. 43. — ¹² Lib. 20, n. 31. — Cap. *Cum haberet* 5, de eo qui duxit, etc.

Proles etiam spuria, a patre alendia.

distinguit. Et quidem e novitiatu egredi tenetur; quodsi vero professionem emiserit, tenetur egredi, etiam invito praelato, propter extremam parentum necessitatem; sed propter gravem dumtaxat necessitatem, nequit invito praelato egredi.

336. — ^{a)} Diana et Henriquez a Salmant. allegantur pro alio casu, scilicet pro sententia quae negat ex justitia restituendum esse hospitali, ab iis, etsi divitibus, qui liberos suos expulerunt. Henriquez tamen, loc. cit., casum praesentem etiam ponit et solvit, ut refert S. Alphonsus.

^{b)} Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 3, cap. 5, n. 6, male a Busenbaum afferetur; non enim loquitur de bona nutrice quaerenda.

^{c)} Laymann, loc. cit., n. 5, ita quidem docet de prole illegitima, scribens: « Curam alendi prolem primo triennio ad matrem spectare, postea vero ad patrem. Quod verum est, si loquamus de prole illegitima. Sin vero de natu ex legitimo matrimonio, absolute dicendum est obligationem alendi pertinere ad patrem. Quodsi mater in filium majores expensas faciat, a patre repeterere potest, nisi inops sit ».

Tenetur
alere uxo-
rem filii.

« aliunde se alere possit et non indigeat; deinde etiam dotem filiae ». — [Respectu autem filiorum, dicunt Sanchez¹, Bossius² cum Glossa³, ac Surdo et Megalio, quod pater tenetur alimenta praestare non tantum filio, sed etiam uxori illius; quamvis eam duxerit sine dote, et contra ipsius patris voluntatem⁴. Praeterea tenent Azor⁵, et Merenda⁶ cum Baldo et Jasone, quod pater debet filium alere, etiamsi filius consummasset viciose portionem jam prius sibi traditam]. « Et quidem clerici, etiam ex fructibus ecclesiasticis, possunt haec suis spuriis praestare⁷. Filliuccius⁸, Laymann⁹. — Vide infra, Tr. 5, cap. 4, dub. 5 ». [Quær. 1, n. 951].

Hinc peccant:

In quibus peccant pa-
rentes.

« 1^o. Si non adhibeant diligentiam saltem mediocrem, ut acquirant bona, quibus filii alantur, habeantque haereditatem secundum suum statum.

« 2^o. Si bona dilapidando impotentes reddant ad liberos honeste secundum statum suum educandos ac dotandos. — Bonacina¹⁰, Azor¹¹, Filliuccius¹², etc.

« 3^o. Si sine legitima causa filiae dotem negent (vel filium exhaeredent); v. gr. quia vult ingredi vel est ingressa reli-

¹ De Matrim., lib. 4, disp. 26, n. 21. — ² In can. Admon., caus. 33, qu. 2, v. Partem. — *Surdus*, de Alimentis, tit. 1, qu. 38, num. 14 et seqq. — *Megalio*, 1^o 2^o Institut. Confess., lib. 2, cap. 23, n. 67. — ³ Part. 2, lib. 2, cap. 4, qu. 12. — ⁴ Controv. jur., lib. 4, cap. 34, num. 6. — *Baldus*, Authent. *Quod locum*, C de collatione, n. 7 et 8. — *Jason*, Authent. *Si capitivi*, C de episc. et cleric., n. 12. — ⁵ Tr. 28, part. 2, n. 31. — ⁶ Lib. 4 tr. 2, cap. 8, n. 4. — ⁷ Disp. 6, de 4^o Praec., punct. 6, § 2, num. 1. — *Azor*, part. 2, lib. 2,

⁸ *D. Bossius, tr. de Dote*, cap. 4, § 7, n. 98, hoc non habet.

⁹ Glossa ait: « Qui excipit alimenta sibi, videtur excipere uxori, cum ambo sint unum corpus ». — Sanchez vero asserit patrem teneri alimenta praebere filio, etsi hic duxerit uxorem se indignam.

¹⁰ *Laymann de filiis clericorum spuriis*, ita quidem tenet; sed opinionem suam sic limitat: « Si liberi propria sufficientia bona habeant, v. gr. adventitia a matre, ideoque indigentes non sint; vel si pater propria patrimonialia bona possideat, tunc concessum non est dotem et alimenta ex ecclesiasticis redditibus largiri. Nisi liberi sint in obsequio vel familia beneficiati, quam convenienter suo statui alit ». — Et Filliuccius videtur his consentire, licet brevius loquatur.

« gionem; vel quia ipsis invitatis nupsit, licet se indigno¹³. (Bonacina¹⁴ ex Azor, Reginaldo, etc.); vel quia filius ordinem sacrum suscepit. Sicut enim pater tenuit dotare suas proles pro matrimonio vel ingressu religionis: ita etiam ad successiones scipiendos sacros ordines. Neque haec donatio est revocabilis: immo sic donata non posse computari in legitimam aut divisionem cum fratribus, docet Barbosa¹⁵, etc. — Contrarium tamen tenet Molina, etc. cum Diana¹⁶. [Et Salmant.¹⁷ At vide dicenda de Testam., ex n. 955; ubi etiam vide de aliis bonis a filiis in collationem adducendis].

337. — Quaestio est: *an pater teneatur dotare filiam, contra ejus voluntatem nuptiam?* — Distingue: Affirma, si filia sit nupta major 25 annis, etiamsi indigno; ut Sanchez¹⁸, Salmant.¹⁹ cum Bonacina, Trullench, etc.

Sed Dubium majus est, *si nupta sit minor 25 annis*.

Alii etiam affirmant absolute: alii, tantum si nupsit digno.

— Alii dicunt, patrem ei teneri tantum ad alimenta, si tamen ipsa egeat, et hoc, etsi nupsit indigno: ut Sanchez¹⁸, Salmant.¹⁹ cum Molina²⁰, Trullench, Covarruvias. Et hoc est probabilius. Hinc in-

Nubens in-
vito patre,
quando sit
dotanda.

cap. 2, qu. 7 et seqq. — *Regin.*, lib. 20, n. 40. — ⁸ De Offic. et Potest. episc., alleg. 19, a n. 64. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 238, n. 15. — ⁹ Part. 8, tr. 6, resol. 92. — ¹⁰ Tr. 24, num. 78. — ¹¹ De Matrim., lib. 4, disp. 26, n. 11. — ¹² Loc. cit., num. 40. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 6, § 2, n. 1, v. *Amplia* 4. — *Trull.*, lib. 4, cap. 1, dub. 3, n. 17. — ¹³ Loc. cit., num. 18 et 19. — ¹⁴ Loc. cit., num. 41. — *Trull.*, loc. cit., n. 17. — ¹⁵ *Covar.*, de Matrim., part. 2, cap. 3, § 8, n. 8, i. f.

¹⁶ Allegatio Bonacinae, disp. 6, punct. 6, n. 6; et Filliuccii, loc. cit., n. 28, referenda est ad ea quae sub 1 dicta sunt. — Azor vero, non citatus a Bonacina, scribit tantum, part. 2, lib. 2, cap. 4, init.: « Filio patrem debere... curam, studium et diligentiam, ut in certo vitae statu pro conditione personae filius collocetur ».

¹⁷ Bonacina concordat quidem; sed si filia, quae indigno nupsit, minor sit 25 annis, vult nihilominus ei deberi dotem, eam saltet quae sit ad alimenta necessaria. — Azor et Reginaldus, doctrinam hic expositam tenent, sed excipiunt nuptias indignas, viles, ignominiosas.

¹⁸ — ^{a)} Molina, de Primogenitis, lib. 2, cap. 16, n. 7 et seqq., concordat, et quidem absolute, absque ulla distinctione aetatis.

fert Sanchez¹, cum Trullench² et Bonacina³ apud Salmant. ⁴ quod, si etiam filius nuptias ineat patre invito, tenetur pater alere eum indigentem et uxorem ejus. — Vide dicenda n. 949.

Lex re-
gni Neapo-
litani.

338. — Notandum obiter hic est, nuperima S. R. Neapolitani Consilii, junctis quatuor Aulis, sanctione, cui regia Majestas annuit 15 Decembr. 1742, sancitum fuisse, non licere parentibus, sine justa causa a jure approbata, vel a judice approbanda, liberos et filios, seu aliquem illorum, immerito e domo sua expellere, eisque extra domum praestare alimenta. Et e converso, filii et liberis, seu alicui ipsorum, facultatem non esse discedendi ab obsequio patris pro libito, et alimenta habendi extra domum paternam. Sed voluntatem non morandi cum parente tunc filii prodesse, ad exigenda ab illo extra domum alimenta, cum filiorum voluntas est causa virtutis, non causa vitii: quacumque alia interpretatione et rerum forsan judicatarum auctoritate sublata, deinceps perpetua lege inviolabiliter hoc observandum definitum est.

339. — « 4°. Parenst tenetur proli subvenire, relicta religione, iisdem casibus, quibus proles parenti: quos vide superiore Dubio, cas. 4 et 5.

Parenst re-
ligionem in-
gressus.

Fili, in-
struendi in
necessariis
ad salutem.

« 5°. Parentes gravi obligatione tenentur instruere liberos per se vel alias in necessariis ad salutem.

« Hinc graviter peccant: 1°. Si, quantum in ipsis est, non current ut bonis moribus imbuantur, doctrinam christianam seu fidei rudimenta addiscant, prorum consortia vitent, mandata Dei et Ecclesiae obseruent, Sacraenta fre-

¹ De Matr., lib. 4, disp. 26, n. 20 et 21. — Azor, part. 2, lib. 2, cap. 4, init. — *Fili.*, tr. 28, part. 2, n. 22. — ² Disp. 6, punct. 6, n. 2. — ³ Lib. 4, cap. 1, dub. 3, n. 4. — *Sotus*, de Just. et Jure, lib. 5, qu. 2, art. 1, concl. 3. — *Silvest.*, v. *Persecutione*. — ⁴ Loc. cit., punct. 6, num. 5. — ⁵ Sess. 25, de Regulari, cap. 18. — ⁶ Lib. 2, cap. 41, n. 34, v. *Septimo*. —

^b) Trullench, loc. cit., dub. 3, n. 11, non loquitur de filio, qui uxorem invito patre duixerit; sed absolute scribit: « Non solum teneri patrem alimenta filio indigenti praebere, verum etiam ipsius uxori ». — Idem dicit Bonacina, loc. cit., punct. 6, § 1, n. 2, v. *Addo* 3. — Salmant, tr. 24, n. 42, item absolute notant patri obligationem incumbere filii uxorem alendi, « quando pater alimenta filio pra-

quent, a peccatis abstineant. Azor, *Filliuccius*, Bonacina². — 2°. Si occasiones peccandi ab iis non avertant, vel in locis aut domibus suspectis habitare permittant. Trullench³. — 3°. Si consilio vel exemplo malo depravent. — 4°. Si non objungent puniantque dissolutos, moderate tamen; nam peccant etiam verberrando immoderate, v. gr. ut notabiliter laedantur. *Sotus*, Silvester, Bonacina⁴.

« 6°. Tenentur etiam proli relinquere libertatem circa electionem status. Unde peccant, invitatos ad matrimonium vel religionem cogendo, vel abstrahendo ». [Vide dicta n. 335, v. *Praeterea*; et dicenda Lib. VI, n. 850, v. *Dicit*]. — « Et quidem « Tridentinum⁵ excommunicat cogentes ad monasterium filias ».

340. — « 7°. Etsi frater fratri vel sorori, saltem in extrema vel quasi-extrema necessitate teneatur subvenire, lege tum caritatis, tum pietatis; non tamen est ea obligatio quae inter parentes et liberos, cum non sit ista dependentia. Vide « Lessium⁶. — Unde si professus est in religione, non tenetur egredi ut eis succurrat. Trullench⁷ ex Suarez, etc. ». — [Vide Lib. IV, n. 70].

Notandum tamen hic, quemvis in utroque foro teneri, si possit, alimenta et dotes praestare fratribus vel sororibus, in eorum non solum extrema, sed etiam gravi necessitate. Salmant.⁸ cum Azor, Trullench, Fagundez, Barbosa, Menochio, etc. — Extendunt DD. doctrinam hanc ad fratres ex eodem patre natos, licet ex diversa matre; nam isti ut utrinque conjuncti in jure reputantur, ex 1. *Cum plures*, § *Cum tutor*, ff. de *administrat. tutor*.⁹ Si vero

⁷ Lib. 2, cap. 2, dub. 24, num. 9. — *Suar.*, de Relig., tr. 7, lib. 6, cap. 9, n. 31. — ⁸ Tr. 24, n. 69. — Azor, part. 2, lib. 2, cap. 40, qu. 1. — *Trull.*, lib. 4, cap. 1, dub. 9, n. 1 et 2. — *Fagund.*, *Decal.*, lib. 4, cap. 16, n. 1 et 2. — *Petrus Barbosa*, de Matrim., tom. 1, part. 4, leg. 1, num. 125. — *Menoch.*, de *Praesumpt.*, lib. 4, prae. 189, n. 41 et seqq.

stare tenetur ». Idem autem Salmantenses superius dixerant patrem teneri alimenta praestare filio, uxorem ducenti contra patris voluntatem.

340. — ^a) Lex allegata innuit tantum sororem ex eodem patre natam, utrinque conjunctam censeri. Decernens enim quid de bonis pupilli tutor disponere queat, excludit sororem ab alio patre procreatam, minime vero

fratres, sicut et sorores, sint tantum ute- rini ex parte matris; tunc est obligatio eos alendi, sed non sorores dotandi.

341. — « Quaeres: *an filius aliquando possit a patre privari haereditate?* — Resp. Potest, ex justa causa; alias non: « eaque in testamento debet exprimi¹. Talis autem censemur:

« 1°. *Ingratitudo* (nisi in gratiam patris redierit ipsumque poenituerit ante testa- mentum conditum); ut, si affecit patrem gravi injuryia, vel ejus vitae insidiatus est, vel manus injecit, vel maleficiis se immiscuit. — Bonacina², ex Covarru- vias, Sanchez, Azor, Molina, etc.

« 2°. Si novercam, seu patris uxorem cognoverit carnaliter; si parenti furioso,

vel carcere detento, noluit succurrere, fidejubendo; si impedierit patrem te- stari; si bona parentum dilapidaverit cum gravi ipsorum dispendio.

« 3°. Si filia, minor 25 annis, luxuri- sam vitam elegerit, etc.

« Circa quas, nota valere has causas, quando filius aliunde habet unde vivat. Nam alimentis ad vitam necessariis pri- vari non potest, cum debeantur jure na- turae, quod a jure civili tolli non potest. Bonacina³, ex Sanchez, Molina, Azor, Reginaldo, *Filliuccio*, Trullench⁴. — [Secus, de necessariis ad statum. Sal- mant.⁵ cum communis].

Circa autem exhaeredationem filiorum, vide de *Testam.*, n. 948 et 949.

Ex justa
causa, po-
test exha-
eredari filius.

Proli li-
bertas dan-
da in eigen-
do statu.

Quando
subvenien-
dum fratri
vel sorori.

Tutor, ad
quid tenea-
tur.

Circa per-
sonam pu-
pilli.

Circa ejus
bona et ju-
ra.

« Tutor (idem est de curatore) tenetur curam gerere pupilli, ejusque bona rite et fideliter administrare. Ratio est: quia in hunc finem constitutur et assignatur pupillo patris loco. — Quare si delin- quat, vel notabiliter sit negligens hac in re, peccat graviter; et ad compensatio- nem damni, quod pupillus ex eo accep- pit, obligatur (et saltem de dolo et culpa lata). Immo, etiamsi tutoris officium exer- cet pretio (quod tamen, si ab initio non est constitutum, censemur suscepisse gratis), tenetur etiam de leviculpa. — Bonacina⁶.

« Unde resolves:

« 1°. Tutor tenetur tueri personam pu- pilli, dum opus est, eumque bonis mori- bus imbuere et bene educare per se vel per alios. — Bonacina⁷.

« 2°. Tenetur bona pupilli fideliter ad- ministrare, ideoque (officium tutoris su-

¹ Authent. *Ut cum de appellatione*, Novel. 115, cap. 3, *Aliud quoque*. — ² Disp. 3, de *Contract.*, qu. 17, punct. 3, n. 19. — *Covar.*, de *Testament.*, cap. 16, a. n. 12. — *Sanch.*, de *Matrim.*, lib. 4, disp. 24, num. 2. — Azor, part. 2, lib. 2, cap. 3, qu. 6. — *Molina*, de *Just.* et *Jure*, tr. 2, disp. 176. — ³ Disp. 6, de ⁴ *Praec.*, punct. 6, § 8, num. 1. — *Sanch.*, de *Matrim.*, lib. 4, disp. 24, n. 2. — *Molina*, de *Just.* et *Jure*, tr. 2, disp. 168, n. 14. — Azor, part. 2, lib. 2, cap. 3, qu. 6. — *Regin.*, lib. 20, n. 38, i. f. — *Fill.*, tr. 28, part. 2, n. 13. —

sororem ex eodem patre: « Sed non dabit, inquit, dotem [de bonis pupilli] sorori alio patre

« scipiens) inventarium confidere; alioqui damna ex ejus defectu secuta resarcire. Nec licet illi pupillo pecuniae nimium ad usus inutiles concedere.

« 3°. Tutor (uti et curator) tenetur con- servare omnia jura, bona et actiones pu- pilli (vel minoris); et bona alias peritura vendere, pecuniamque convertere in em- ptionem bonorum stabilium vel in cen- sum, etc., prout fuerit utilius. — Ibid. ⁸, « ex Rebello⁹.

« 4°. Si tutor vel curator pecuniam pu- pilli convertit in suos usus, tenetur ad restitucionem totius lucri cessantis vel damni emergentis, quod inde accepit pu- pillus vel minor. — Bonacina¹⁰, *Rebellus*¹¹.

« 5°. Tenetur item ad restituendos fructus (deductis expensis), quos ex bonis pupilli percipere poterat, et sua culpa non percepit. — Silvester¹², *Rebellus*¹³.

⁴ Lib. 4, cap. 1, dub. 3, num. 15 et 16; lib. 7, cap. 18, dub. 10, num. 4. — ⁵ Tract. 24, num. 43. — ⁶ Disp. 3, de *Contract.*, qu. 19, punct. 4, n. 1 et 2. — ⁷ Loc. cit., n. 2, v. *Primo et Secundo*. — ⁸ Loc. cit., num. 2, v. *Sexto*. — ⁹ De oblig. *Justit.*, part. 2, lib. 17, qu. un., de *Off. tutoris*, num. 9. — ¹⁰ Disp. 3, de *Contract.*, qu. 19, punct. 4, n. 2, v. *Septimo*. — ¹¹ De Oblig. *Justit.*, part. 2, lib. 17, qu. un., de *Off. tutoris*, n. 15. — ¹² V. *Tutela*, qu. 4, § *Tertium*. — ¹³ Loc. cit., n. 14.

Quando te-
neatur ad
restitu-
tionem.

natae, etiamsi aliter ea nubere non potuit; nam etsi honeste, ex liberalitate tamen fit ».

Obligatio
respectu de-
bitorum et
creditorum.

Obligatio
circa dona-
tiones.

« 6º. Tenetur nomina debitorum exi-
« gere et debita pupilli persolvere; ita ta-
« men ut, quantum fieri potest, bono pu-
« pilli consulat. — Silvester ^{a)}, Rebellus ^{b)},
« Tabiena ^{a)}.

« 7º. Tutor vel curator non potest do-
« nationes vel remissiones gratiosas facere
« de bonis pupilli; quia non ad destruen-
« dum, sed ad tuendum est constitutus.
« Ibid. ¹⁾. — Excipe donationem remune-

« ratoriam: sic enim potest, v. gr. sti-
« pendio debito pro liberali servitio ali-
« quid addere ex liberali donatione. Mo-
« lina, Lugo ²⁾, Sanchez, Trullench ³⁾. Vide
« Diana ⁴⁾.

« 8º. Denique tenetur (officio finito) red-
« dere rationes; quia hoc onus est com-
« mune eorum qui bona aliena admini-
« strant. — Vide Bonacina ⁵⁾; et infra, hoc
« Libro » [n. 917 et 918].

Tenetur
rationem
reddere.

DUBIUM IV.

Quae obligatio Dominorum et Famulorum,
aliorumque Superiorum et Inferiorum, erga se invicem.

342. Quid teneantur superiores praestare subditis. An principes teneantur eligere digniores ad officia. — 343. Quid teneantur famuli praestare dominis. — 344. An famuli non impeditur ferta rerum domini, teneantur ad restitutionem. — 345. An famulus conductus ad annum, discedendo possit petere stipendium. — 346. An aegrotans teneatur postea famulatum supplicare. — 347. An elapsu triennio possit salarium exigere. — 348. Quando famulus inserviens, nulla statuta mercede, possit exigere stipendium. — 349. Quando possit mercedem sibi compensare. — 350. An servi capti in bello possint fugere ad suos.

342. — « Resp. Iº. Domini et superiores teneantur habere curam famulorum aliorumque suorum subditorum. Patet ex I ad Timoth. v, 8: Si quis... suorum, etc. Et ratio est, quia sunt ipsorum caput, et vices parentum gerunt; ideoque teneantur quodammodo ad eadem, ad quae parentes. — Imprimis vero curare teneatur, quantum in ipsis est, ut servent pracepta Dei et Ecclesiae. — Bonacina ⁶⁾. »

Quaeritur hic obiter: an principes saeculares teneantur eligere digniores ad officia saecularia?

¹⁾ *Rebellus*, de Obligat. just., part. 2, lib. 17, qu. un., de Off. tutoris, num. 13. — *Molina*, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 292. — ²⁾ De Just. et Jure, disp. 23, n. 145 et 146. — *Sanch.*, Consil., lib. 1, cap. 6, dub. 2, num. 4. — ³⁾ Lib. 7, cap. 17, dub. 8, n. 4. — ⁴⁾ Part. 8, tr. 6, resol. 17. — ⁵⁾ Disp. 3, de Contract., qu. 17, punct. 4, n. 4. — ⁶⁾ Disp. 6, de 4º Praec., punct. 8, n. 1 et 2. — ⁷⁾ Tr. 24, num. 104. — *Sotus*, de Just.

Affirmant Salmant. ⁷⁾ cum Soto, Bañez, Lessio, Trullench, etc. — Negant vero Cajetanus, Vasquez, Lugo, etc. ⁸⁾: modo officia non indignis distribuantur. Quia, ut isti dicunt, haec officia non pertinent ad justitiam distributivam, nec sunt bona communia, sed potius regis: qui, sufficit, si digne, non autem dignissime rempublicam regat.

Utraque est probabilis. — Sed prima sententia probabilius; quia alias res publica grave pateretur nocumentum. Ob quod motivum, Lugo ⁹⁾, licet oppositum sustinuerit, tandem ¹⁰⁾ concludit, regulari-

Ad officia
saecularia,
digniores
non neces-
sario eli-
gendi.

Probabi-
lius eligiendi
digniores.

341. — a) Silvester non ita accurate a Busenbaum allegatur; nam, v. *Tutela*, qu. 4, requirit: « ut [tutores] res eorum praeservent ab injuria »; qu. 6, dicit faciendum esse inventarium; et quidem (qu. 8) coram notario, non vero coram judge, nisi ut fidem faciat contra debitores, quorum nomina sunt in inventario, illud autem inventarium (qu. 9) fieri

debet de omnibus rebus corporalibus et iuribus, quorum instrumenta reperiuntur in bonis pupilli. — Tabiena, v. *Tutela*, n. 5 et 6, cum Silvestro consentit.

b) Rebellus pariter male a Busenbaum adducitur; etenim, loc. cit., n. 8, non aliud habet quam: tutorem obligatum esse ad inventarium omnium bonorum efficiendum.

ter teneri principes digniores eligere, excepto uno vel altero ministro.

An autem reges possint officia saecularia vendere?

Negant Adrianus, Angles, Turrianus et Medina, apud Salmant. ¹⁾ ex 1. *Haec lex*, ff. de lege Julia ambitus ²⁾, ubi hoc expresse prohibetur. — Affirmant vero Navarrus, Cajetanus ³⁾, Sotus ⁴⁾, Sanchez, Azor, etc. cum D. Thoma ⁵⁾, apud Salmant. ⁶⁾ modo venditio sit omnino necessaria ad utilitatem reipublicae; et modo vendantur moderato pretio ac dignis, et quantum fieri potest, dignioribus.

Caeterum, omnes cum D. Thoma conveniunt, hanc venditionem non expedire: intellige de officiis majoribus magistratum, quibus datur justitiam ministrare; non autem de minoribus, quibus competit tantum eam exsequi. — Vide Salmant. ⁷⁾

« Unde resolves:

« Iº. Peccant domini graviter: 1º. Si sine justa causa impedian famulos, ne festis Missam audiant; vel si festis opera servilia imponant; vel si jubeant ea, quae sine peccato fieri non possunt. — Navarrus ⁵⁾, etc.

« 2º. Si peccandi occasionem permittant, cum possint impedire; aut si graviter delinquentes non corrigant, vel negligentes necessaria ad salutem non moneant, corripiant. Bonacina ⁶⁾. [Com- muniter cum Salmant. ⁷⁾].

« IIº. Peccant item graviter:

« 1º. Si gravibus injuriis afficiant; dia- bolos, canes, etc., appellant. Bonacina ⁸⁾

Adrian., in 4, de Restitut., v. *Ex his subvenerit alia dubitatio*. — *Angles*, Flores, Quaest. de Contract. emption, diff. 5, concl. 4 et 5. — *Turrian.*, in 2^o 2^o, qu. 63, art. 2, dub. 6, v. *Dubium principale*. — *Less.*, lib. 2, cap. 32, n. 15. — *Trull.*, lib. 7, cap. 20, dub. 21, n. 9. — *Cajetan.*, Sum., v. *Electio officialis*, § *Ad eligendum*. — *Vasq.*, Opusc. de Benefic., cap. 2, n. 97. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 34, num. 19. — ⁸⁾ Apud Salmant., tr. 24, num. 103. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 19. — ¹⁰⁾ Loc. cit., n. 21.

« et Trullench ⁹⁾. — Licet Diana ¹⁰⁾ excusat a peccato talam contumeliam, quod ex ira et indeliberatione soleat proficeri. [Et revera, communiter hae non habent ut graves injuria].

« 2º. Si alimenta convenientia non praebent; mercedem justam (dummodo fieri deliter servient) non solvant vel differant absque rationabili causa. Ibid ¹⁰⁾.

« 3º. Si ante elapsum terminum temere domo expellant: in quo casu (nisi gravissima ex causa id fecerint) tenentur ad solutionem integrae mercedis ». [Ut Salmant. ¹¹⁾ cum communis]. — « Lessius, « Azor ¹²⁾, Filiiuccius ¹³⁾, Reginaldus, Molina, etc. Escobar ¹⁴⁾ ».

Expellens
famulum,
ad quid te-
neatur.

Nec famulus injuste expulsus tenetur redire ad complendum tempus; intellige, si tempus conventionis sit jam transactum, et per ipsum non defuit ut completeret: tunc enim tenetur dominus ad salarium promissum.

Sed Dubium est: si famulus, causa expulsionis, nullum damnum passus fuisse, an totum salarium ei deberetur? In hoc probabiliter opinari possumus, juxta dicenda n. 345, quod dominus, in poenam injustitiae, teneretur in conscientia solvere ei saltem majorem quam dimidiad partem salarii; immo, ut notat Lessius ¹⁵⁾, tenetur ¹⁶⁾ totam mercedem tribuere. Sed hoc, dicimus, non nisi post sententiam, juxta regulam omnium legum poenalium.

« 4º. Si eum, qui liberos aliquos domesticos, verbis, exemplo vel moribus prævis corruptit, et reprehensione non

num. 21. — ⁸⁾ Disp. 6, de 4º Praec., punct. 8, num. 2 et 3. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 140. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 6. — ¹⁰⁾ Lib. 4, cap. 1, dub. 6, n. 2. — ¹¹⁾ Part. 7, tr. 7, resol. 48, i. f. — ¹²⁾ Tr. 24, n. 151. — ¹³⁾ Less., lib. 2, cap. 24, n. 8. — ¹⁴⁾ Part. 3, lib. 8, tit. de Locato, cap. 14, qu. 1; cfr. cap. 13, qu. 5. — ¹⁵⁾ Tr. 36, n. 117. — ¹⁶⁾ Regin., lib. 25, n. 519. — *Molina*, tr. 2, disp. 506, num. 13. — ¹⁷⁾ Tr. 9, exam. 9, cap. 4, n. 33 (ad. num. 68). — ¹⁸⁾ Lib. 2, cap. 24, num. 8. — ¹⁹⁾ Ex leg. 38, *Qui operas*, et leg. 15, § 4, *Si uno anno*, fi. Locati.

342. — a) Lex ista sic loquitur: « Ad curram principis magistratum creatio pertinet, non ad populi favorem. § 1. Quodsi in municipio contra hanc legem magistratum aut sacerdotium quis petierit, per SC. centum aureis cum infamia punitur ».

b) Cajetanus, Sum., v. *Officiorum saecularium venalitas*; Sotus, de Just. et Jure,

praestito, adimitur famulo actio petendi salarium; sive juxta sanctionem S. R. Consilii Neapolitani, junctis quatuor Aulis (relatam infra, n. 516), qua, elapsis duobus mensibus, postquam famulus a domino discesserit, negatur ei facultas mercedem in judicio petendi; — attamen, in foro conscientiae, famulus jus ad salarium semper retinet; et dominus, si certus sit non solvisse, semper ad solutionem teneri videtur: tanto magis, quod in dicta decisione (pro nostro regno emanata) dicitur, actionem denegandam esse famulo, non praescriptionis ope, sed vi praesumptae solutionis.

Hoc vero intelligendum, si famulo moraliter constet dominum non legitime praescripsisse. — Nam si alias dominus praescripsisset solutionem per triennium cum titulo et bona fide: eo casu, nec dominus teneretur solvere, nec famulus posset salarium sibi compensare, etiamsi certus esset de solutione non facta; quia dominus tunc, ratione praescriptionis, acquisivit jus non solvendi, juxta dicenda infra n. 517.

348. — Quaeritur 5^o. *An famulus, nulla statuta mercede inserviens, possit justum stipendium (saltem infimum) petere vel occulte surripere?*

Distingue: Si dominus hujuscemodi famulorum operas conducere solebat, af-

¹ Tr. 24, de 4^o Praec., num. 135. — Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 506, num. 8 et 9. — Trull., lib. 4, cap. 1, dub. 5, num. 10; et lib. 7, cap. 28, dub. 5, n. 5. — Villal., part. 2, tr. 25, diff. 18, num. 1. — ² Loc. cit., num. 136. —

cis. 334, n. 3 et 4, concordat quidem; sed n. 6, dicta sic limitat: nisi famulus probet mercedem sibi solutam non fuisse.

348. — ^{a)} Azor, part. 2, lib. 2, cap. 39, afferit quidem hanc distinctionem, cuius ultimam partem, qu. 9 admittit; de priori vero parte, qu. 8 sic dicit: « Probabilius... absolute dominum, qui nullam mercedem pactus est famulo, pro more patriae tantumdem solvere debere quantum alii solent ». Citatur tamen a Salmant. uti refert S. Alphonsus.

^{b)} Fagundez contra, priori distinctionis membro adhaeret; de altero autem cum distinctione loquitur, et quidem num. 26: « Si... obsequium non esset tale, pro quo merces ordinario solveretur, sed quale praestare solent pueri nobilium, qui arbitrio dominorum relinquent, ut sibi tribuant quod voluerint; tunc etiam in eo eventu, famuli vel famulae exigere possunt pretium justum suorum obse-

firma. Secus, si non: quemadmodum accidit cum pueris, quos nobiles aut episcopi rogantur in suam familiam admittere; tunc enim sufficit, si domini tribuant eis victimum, vestes et habitationem, cum talis sit consuetudo. — Ita Salmant. ¹ cum Molina, Azor ^{a)}, Trullen, Villalobos, Fagundez ^{b)}, etc.

Famulus autem, qui inserviunt magistris, ut artes ab ipsis apprehendant, certe nullum salarium debetur. Salmant. ² cum Azor ^{c)}, Molina, Rebello ^{d)}, Fagundez. — Nisi aliter sit in usu quoad aliquam artem. Ex nobilitate enim artis, quandoque aliquid a discipulo magister exposcit: ut est ars horologia construendi. Ex ignobilitate vero artis, saepe discipulus debet aliquid a magistro recipere: ut est ars malleatoris, etc.

Videndum igitur est, juxta prudentum arbitrium, quid ex usu in qualibet arte observetur.

349. — ^{a)} II^o. Famuli non peccant, si, suscitentationem vel mercedem justam domino negante, utantur compensatione occulta. Molina ³, Filiuccius ⁴. — Dummodo tamen aliis modus non sit impe trandi; nec plus accipiatur quam debetur; neque scandalum aut aliud incom modum grave timeatur. Vide Bonacina ⁵. — (Hac tamen in re, animad-

Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 506, n. 6. — Fagund., Decal., lib. 4, cap. 15, n. 37. — ³ De Just. et Jure, tr. 2, disp. 506, n. 12. — ⁴ Tr. 36, n. 105. — ⁵ Disp. 1, de Restitut., in gen., qu. ult., punct. 2, n. 16 et seqq.

quorum, spectato tempore quo inservierunt, spectata etiam qualitate servorum, dominorum et obsequiorum ». Et n. 27, pagiis salarium non deberi, nisi post 14 annum expletum, puellis vero post 12. Denique, n. 28: « Notandum tamen est, inquit, si dominus nullo modo famulo indigebat, sed ob ejus amicitiam, aut ad ejus vel parentis illius instantiam, eum in domo sua recepit, nulla mercede constituta, quounque aliud commodum quaerat, nullum ei salarium deberi in utroque foro ».

^{c)} Azor, part. 3, lib. 8, de Locato, cap. 13, qu. 3, male a Salmant. allegatur; ibi enim de hoc casu non loquitur.

^{d)} Rebello, part. 2, lib. 14, qu. 13, n. 2, perspicue rem innuit, scribens: « Qui ad descendam artem artificibus traduntur, merito solent illis pretium instructionis saepe superimpedere, ultra serviendi operam, quam fide-

Discentes
artem non
habent jus
ad mercede-
dem.

nisi aliter
sit in usu.

Famuli,
quando pos-
sint uti com-
pensatione.

verte propositionem 37, inter damnatas ab Innocentio XI ^{a)}.

« III^o. Similiter, pro obsequiis ad quae non tenebantur, praestitis (si quidem illa non gratis et liberaliter, sed animo mercedis exhibuerint), licere ex rebus domini accipere compensationem, quae aliter obtineri non possit, docet Navarrus ^{b)}, Lessius ^{c)}. Plura de his, vide infra Tr. 5, cap. 1, dub. 1, ad 3, et dub. 4, ad 10; et Bonacina ¹. — [Nisi sponte suas operas auxissent] Salmant. ² cum Molina, Soto ^{d)}, Diana ^{e)}, etc.]

An autem famuli possint compensare sibi salarium, pro majori opera praestita? Vide dicenda ex n. 522.

350. — Notanda est hic obiter illa Quaestio, ad proximam utilis: *An servi recipient.*

¹ Disp. 6, de 4^o Praec., qu. un., punct. 8. — ² Tr. 24, n. 136. — Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 506, num. 7. — ³ Molina, tr. 2, disp. 37, a n. 9. — ⁴ Loc. cit., n. 115. — ⁵ Lib. 2, cap. 5, num. 24. — Sotus, de Just. et Jure, lib. 4, qu. 2, art. 2, concl. 3. — Lugo, de Just. et Jure, disp. 6,

justo bello capti, licite possint ad suos fugere?

Negant Molina, Silvester ^{a)}, Panormitanus ^{b)} et alii, apud Salmant. ^{c)}. Quia tales servi censentur tamquam perpetuo ad servitatem damnati: cum dominus juste eos possideat.

Contrarium tamen communius et probabilius tenent Lessius ^{d)}; Sotus, Lugo, Palau, Filiuccius, Vasquez, et quamplures cum Salmant. ^{e)}. Ratio, quia tale jus gentium faciendi servos homines in justo bello captos, taliter acceptatum est, ut ipsis relicta sit fugiendi libertas. Et patet ex Institut. ^{f)}, ubi de istis dicitur: *Qui tamen si evaserint nostram potestatem, et ad suos reversi fuerint, pristinum statum recipiunt.*

num. 21. — ¹ Pal., tr. 6, disp. 5, punct. 4, num. 15; et tr. 31, punct. 10, num. 4. — ² Full., tr. 29, cap. 9, num. 201. — ³ Vasq., in 1^o 2^o, disp. 174, cap. 1, num. 8 et 9. — ⁴ Tract. 24, de 4^o Praecepto, num. 116. — ⁵ Lib. 2, tit. 1, de rerum divis., § 17.

liter eisdem, juxta conventionis legem, praestare tenentur ».

349. — ^{a)} Sic sonat ista propositio: « Famuli et famulae domesticae possunt occulte heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt ».

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 17, n. 109, v. *Unde sequitur primo*, sententiam hanc clare innuit; loquens enim de iis qui ad aliquam artem discendam assumuntur, sed a magistris in aliis rebus occupantur, scribit: « Et si eos volentes occupant, tenentur illis dare quantum dedissent aliis, qui absque tempore studendi et discendi ipsis servissent ».

^{c)} Lessius, lib. 2, cap. 24, n. 26, de eo disputat, qui sponte obsequium alicui praestat ad animum ejus aliciendum, ut aliquod officium ab illo obtineat; et assertit dominum teneri, vel officium (nisi sit ecclesiasticum), vel justam mercedem illi dare; si vero officium non tanti valeat quanti obsequium praestitum,

et dominus quantum in se est fecerit, nihil referit; « nam famulus sponte et omnino libere obsequium suum pro tali sollicitatione obtulit, contractu innominato faciam ut facias; unde qua parte obsequium ejus pluris valet, censetur liberaliter donatum; secus esset, si a domino ad hoc compelleretur ». Et n. 24 negaverat aliquem posse sibi compensare, ubi jus ad compensationem est dubium.

^{d)} Sotus, de Justit. et Jure, lib. 5, qu. 3, art. 3, non habet hanc limitationem. — Diana vero, part. 3, tr. 6, resol. 16, eam adducit ex aliis auctoribus, de ea tamen nullum profert judicium. Perperam igitur uterque a Salmant. citatur.

350. — ^{a)} Silvester, v. *Servitus*, qu. 3, § *Secundo*, hanc sententiam amplectitur; sed eam his verbis limitat: « Quod tamen fallit, inquit, si captiatur christianus ».

^{b)} Panormitanus, in cap. *Sicut, de jurejuringando*, n. 9, allegatus a Salmanticensibus, de hoc non loquitur.

Alli ne-
gant captos
justo bello
posse fuge-
re.

Probabi-
lius pos-
sunt.

DUBIUM V.

Ad quid teneantur Conjuges erga se mutuo, vi hujus praecepti.

351. *Ad quid teneantur uxor erga virum.* — 352. *An uxor nobilis teneatur officia vilia praestare.* — 353. *An teneat pactum pro uxore, non mutandi domicilium.* An autem uxor teneatur sequi virum in exsilium. — 354. *An, mortuo viro, teneatur uxor solvere debita contracta ad alendam familiam.* — 355. *Quid teneantur uxor restituere filiis primi matrimonii.* — 356. *Quomodo peccet vir in uxorem.*

Conjuges,
ad quid te-
neantur.

« 351. — Resp. Uxor, in iis quae spe-
ctant ad domus gubernationem et bonos
mores, tenetur obediens marito; hic vero
uxorem, non ut servam, sed ut sociam
tractare. Ratio est, quia maritus est ca-
put, et uxor commembrum. — Navar-
rus¹, Toletus, Filiuccius² et commu-
niter.

« Unde resolves:

« 1°. *Conjuges peccant:* 1°. Si debita
intentione non contrahant matrimonium.
— 2°. Si sine dispensatione praetermit-
tant proclamations. — 3°. Si sacramen-
tum Matrimonii in statu peccati morta-
lis recipient. — 4°. Si utantur matrimonio
contra naturam, vel modo indebito, vel
cum periculo abortus. — 5°. Si debitum
sine justa causa negent. — 6°. Si cum
periculo pollutionis tactus habeant im-
pudicos.

« 2°. Peccat graviter *uxor*: 1°. Si ma-
ritum rixis vel aliter verbis, ad gravem
iram vel blasphemiam provocet. Filiuc-
cius³ et Bonacina. — 2°. Si quid nota-
bile expendat contra voluntatem viri et
consuetudinem seminarum similis sta-
tus, nisi tamen ex paraphernalibus, si
habet. — 3°. Si, spreto viro, sibi impe-
rium vindicet. — 4°. Si nolit sequi vi-
rum domicilium mutantem: dummodo

¹ Man., cap. 14, n. 19, v. *Vigesimo septimo*, et n. 20, v. *Vigesimo nono*. — *Tolet*, lib. 5, cap. 2, n. 2. — ² Tr. 28, part. 2, n. 144. — ³ Loc. cit., num. 145. — *Bonac*, disp. 6, de 4^o Praec., punct. 7, num. 12, v. *Tertio*; — *Navay*, loc. cit., n. 20. — *Tolet*, loc. cit., num. 2 et 3. — ⁴ Loc. cit., n. 12, v. *Quarto*; cf. de *Matrim.*, qu. 4, punct. 6, n. 21 et seqq. — *Silvest*, v. *Uxor*, qu. 6; et v. *Furtum*, n. 15, qu. 10. — ⁵ Lib. 4, cap. 1, dub. 4, n. 18. — ⁶ Confer. 21,

« possit sine periculo vitae et salutis, et
contrarium non sint pacti; et maritus
post nuptias non sit factus vagus. Na-
varrus, Toletus, Bonacina⁴. (Vide infra,
Tr. 5, cap. 1, dub. 4). — 5°. Si sine suffi-
cienti indicio male judicet de mariti con-
tinentia. — 6°. Si sine justa causa debi-
tum neget (Vide infra, *Llib. VI*). — 7°. Si
se ingerat in administrationem domus
sine justa causa; qualis est, si v. gr. ma-
ritus prodigus bona familiae dilapidet.
Silvester, Trullench⁵. [Vel si sit incu-
rius vel minus aptus ad familiam guber-
nandum. Elbel⁶ cum Filiuccio, Gobat⁷ et Henno⁸].

352. — Quaeritur 1°. *An uxor nobilis teneatur praestare viro praecipienti officia vilia*, v. gr. cibos condire, verrere domum, etc?

Affirmant Angelus⁹, Tiraquellus¹⁰, etc.
— Sed probabilis negant Sanchez¹¹, Sal-
mant¹² cum Silvestro, Garcia, Fagun-
dez, etc.; quia uxor est socia, et ideo non
tenetur praestare famulae opera quae
ipsam dedecent. Et si ipsa praestaret,
posset sibi compensare, ut ajunt.

353. — Probabilis valet pactum non
mutandi domicilium, nolente uxore; ut
Sanchez¹³ cum Lopez, Palao, etc., contra
alios. — Sed hoc intelligendum, nisi nova

de Obligat. superior. erga subdit. etc., n. 589. — *Fili*, loc.
cit., num. 147. — ⁷ De *Matrim.*, lib. 6, disp. 6, num. 14. —
⁸ Tr. 24, n. 59. — *Silvest*, v. *Uxor*, qu. 2. — *Joan. Garcia*,
tract. de *Donatione remunerat*, n. 28. — *Fagund*, *Decal.*,
lib. 4, cap. 12, num. 4. — ⁹ De *Matrim.*, lib. 1, disp. 40,
num. 2. — *Ludov. Lopez*, *Instruct. conc.*, part. 1, cap. 54,
v. *Uxor insuper*. — *Pal*, tract. 28, disp. 1, punct. 15, § 2,
num. 3.

Peccata
conjugum.

Peccata
uxoris.

351. — ^{a)} Gobat, tr. 10, n. 780; Henno, *De-
cal.*, disp. 4, qu. 8, concl. 2, resol. 3, de hoc
casu silent; et notandum est Elbel de pluri-
bus rebus indiscriminatim disputare, in fine
que addere: « Videatur de hoc Filiucci...,
Henno..., Gobat ».

^{b)} Tiraquellus, *de Nobilitate*, cap. 20,
n. 95 et seqq., affert opinionem, quae uxo-

Uxor te-
netur sequi
virum exsu-
lantem.

et gravis causa superveniat. Sanchez¹,
Salmant.² cum Navarro, Silvestro, Fagun-
dez, etc.

Quaeritur 2°. *An teneatur mulier sequi
virum, missum in exsilium?*

Negant Henriquez et Baldus, apud Sal-
mant.³; quia non tenetur uxor innocens
viri poenam subire. — Sed probabilis
affirmant Salmant.⁴, et Sanchez⁵ cum
aliis; quia tenetur uxor sufferre, non poen-
nam sed infortunium viri. Et idem dicunt
Salmant. et Palaus⁶; si vir alicubi excom-
municetur.

E converso dicunt Salmant. cum eis-
dem DD., quod si mulier necessitate coa-
cta mutet domicilium, vir comitari eam
debet.

354. — Quaeritur 3°. *An uxor, mor-
tuvo viro, teneatur ex bonis dotalibus sol-
vere debita contracta ad alendam fami-
liam?*

Prima sententia affirmat, si vir erat
pauper, dum debita contraxit. Secus, si
locuples; quia pauper non tenebatur alere
uxorem: ergo tenetur ipsa solvere quod
conversum est in sui utilitatem⁷. Ita Fa-
gundez, Bartolus, Lupus et alii, apud San-
chez⁸. — Secunda vero probabilior sen-
tentia negat, sive vir fuerit pauper sive

¹ De *Matrim.*, lib. 1, disp. 40, n. 3. — ² Tr. 24, n. 61. — *Navar.*, Man., cap. 14, n. 20. — *Silvest*, v. *Uxor*, qu. 8. — *Fagund*, *Decal.*, lib. 4, cap. 12, n. 9. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 10, num. 4, lit. i. — *Baldus*, in 1. 23. *Si cum domet, § Si ma-
ritus, ff. Soluto matrim.*, n. 1. — ³ Tr. 24, n. 62. — ⁴ Loc. cit. — ⁵ De *Matrim.*, lib. 1, disp. 41, n. 18. — *Salmant.*, loc. cit., n. 62. — *Salmant.*, loc. cit. — *Fagund*, *Decal.*, lib. 4, cap. 2, n. 34 et 36. — *Bartol.*, in 1. 49 *His solis, ff. de*

locuples. Ratio, quia actio creditorum re-
petendi mutui facti est personalis, scilicet
tantum contra virum. Et licet in viro,
ratione inopiae, suspensa erat obligatio
uxorem alendi, non erat tamen extincta;
quare, si ex mutuo aluit, suum debitum
praestavit. Ita Sanchez⁷, Salmant.⁸ cum
Molina, Trullench et Bonacina. Qui tamen
limitat, si vir contraxerit debita nomine
uxoris vel ipsa sciente⁹; vel si vir pro-
testatus sit nolle, stante sua inopia, gratis
eam alere.

Et quod dictum est hic de alimentis
uxoris, dicitur etiam de alimentis filio-
rum; ut Salmant.⁹.

355. — Quaeritur 4°. *An uxor, ad secun-
das transiens nuptias, debeat filiis primi
matrimonii reservare quidquid a primo
viro accepit, retento tantum usufructu?*
Affirma¹⁰, si accepit titulo lucrative. Se-
cucus tamen, si oneroso, vel si accepit ab
extraneo.

Et idem dicitur, respectu viri, de rebus
donatis a prima uxore. — Sanchez¹¹, Sal-
mant.¹² cum aliis.

356. — ^{a)} 3°. Peccat graviter *Maritus*:
« 1°. Si verbis contumeliosis vel infamato-
riis afficiat uxorem ». [Et tale peccatum
esset duplicitis malitia; ut Salmant.¹³]. —

conditione indebiti. — *Joan. Lupus*, *Repetit. rubric.* de
donatione, inter vir. et uxorem, § 66, num. 5 et 6. — ⁸ De
Matrim., lib. 9, disp. 4, n. 28. — ⁹ Loc. cit., n. 29. — ¹⁰ Tr. 24,
n. 64. — *Molina*, tr. 2, disp. 435, num. 8. — *Trull*, lib. 4,
cap. 1, dub. 4, num. 20. — *Bonac*, disp. 6, de 4^o Praec.,
punct. 7, n. 13. — ¹¹ Tr. 24, num. 64. — ¹² Ex *Authent. Ex testamento*, et authent. *In donatione*, C. de secundis
nuptiis, post leg. 3. — ¹³ Tr. 24, n. 66.

Uxor non
tenetur ad of-
ficia vilia.

UXOR non
tenetur de
debitis fa-
ctis pro a-
lenda fami-
lia.

Quid de
domis acce-
ptis a primo
viro.

Peccata
mariti.

rem nobilem ad haec officia astringit, et ad-
dit: « Et hoc forte est verius ».

353. — ^{a)} Palaus, tr. 28, disp. 1, punct. 15,
§ 1, n. 4, non facit hujus casus mentionem.

354. — ^{a)} Plura de hac quaestione notanda
huc veniunt. Et primo quidem, ex auctoribus
relatis solus Lupus de uxore disputat; ceteri
vero de filiis, defuncto patre; eadem tamen
quaestio est, ut notat Sanchez n. 28, de patre
et de marito. Praeterea, auctores relati pro
secundo distinctionis membro, neque citantur
a Sanchez, neque illud expresse tenent; atta-
men satis facile sequitur, tamquam corollarium
ex primo membro. Denique Bartolus loc. cit.,
et Lupus, in *Rubric. de donat. inter vir. et
uxor*, non assertive, sed dubitanter senten-
tiam hanc proponunt; quod et ipse Sanchez
notavit.

^{b)} Limitatio ista, non disjunctive, sed con-

junctive a Bonacina apponitur; dicit enim
uxorem vel filios ad ejusmodi debita solvenda
teneri: « si... pater contraxit illa debita nomine
uxoris aut filiorum, ipsis consentientibus »;

quasi duas requirat conditiones: ut scilicet
debita nomine uxoris aut filiorum contracta
sint, et ipsis consentientibus. Tertiam adhuc
limitationem apponit Bonacina, quam S. Al-
phonsus praetermittit, ut nempe pariter ad
solvenda debita teneantur, « si [alimenta] re-
cipiunt in fraudem creditorum ».

355. — ^{a)} Sanchez, de uxore ad secundas
nuptias transeunte, omnino concordat, de *Matrim.*, lib. 6, disp. 41, n. 3 et 4; de viro au-
tem, n. 5, haec dumtaxat scribit: « Vir astrin-
gitur... ad reddendam integrum dotem, soluto
matrimonio ».

356. — ^{a)} Salmant., tr. 24, n. 46, non di-
cunt duplitem huic peccato inesse malitiam.

« 2º. Si impedit illam circa paecepta Dei « vel Ecclesiae sine justa causa. Sayrus¹, « Navarrus². — Si vero impedit, etiam « sine causa, circa ea bona quae consilii « tantum sunt, ut est confessio, commu- « nio, etc.; communiter tantum peccat ve- « nialiter: nisi constet, quod » [illa] « ma- « gnam ex iis utilitatem percipiat. Sayrus, « Filiuccius, Bonacina^b, Trullench. — « 3º. Si caedat graviter. — Moderate ta- « men castigare verbis, vel etiam ex gravi « causa moderatis verberibus, habita ra- « tione conditionis et status, quandoque « potest ». [Consentit huic Elbel^c cum Gobat]. — « 4º. Si alimenta neget: nisi ta- « men uxor a consortio mariti propria

« culpa discresserit ». [Vel nisi adulterium commiserit; ut Sanchez^d, Palau^e et Croix^f. — Nequit autem vi retinere dotem uxorius adulterae, si discedat ab ea ante sententiam propria auctoritate. Quamvis ipse possit uxori repetenti dotem opponere exceptionem adulterii, et petere ut sibi applicetur; prout probabilius dicit Croix^g cum Abbatie et Palao, contra Sanchez]. — « 5º. Si negligat gubernationem domus et rem familiarem. — « 6º. Si uxori non cohabitetur, vel sine justa causa diu absit. — « 7º. Si, cum possit, « alimenta non procuret. — Vide Filiuc- cium^h, Navarrumⁱ, Toletum^j, Sanchez^k, Bonacina^l.

DUBIUM VI.

Quae obligatio Parochorum erga suos.

357. *Ad quid teneantur parochi circa residentiam.* — 358. *Ad quid, circa Sacra menta mi- nistranda, praesertim tempore pestis.* — 359. *An teneantur celebrare pro populo.* — 360. *An concionari, et populum instruere, etc. (De quo, vide etiam dicta n. 269).* — *Quomodo parochi teneantur corrigerre subditos. Dub. 1. An ad id teneantur ex caritate vel ex justitia. Dub. 2. An teneantur inquirere mores subditorum. Dub. 3. An teneantur non deserere oves, etiam cum periculo mortis.*

Parochus
ad residen-
tiam tene-
tur.

357. — « Resp. Curatus, sive parochus, « jure divino tenetur:
« 1º. Residere in sua parochia. Tridentinum¹², Barbosa¹³. Alioqui in conscientia fructus non facit suos; teneturque, « pro rata absentiae, restituere fabricae ecclesiae vel causae piae. — Potest tamen, ex justa causa et licentia episcopi, « ad breve tempus abesse. — Vide Navarrum¹⁵, Azor¹⁶, Possevinum, Barbosa, Trullench¹⁷.

¹ Clav., lib. 7, cap. 7, n. 7. — ² Man., cap. 14, n. 19. — ³ Sayr., loc. cit., num. 7. — ⁴ Fill., tr. 28, part. 2, n. 189. — ⁵ Trull., Decal., lib. 4, cap. 1, dub. 4, n. 2. — ⁶ Confer. 21, de Obligat. superior. erga subdit. etc., num. 588. — ⁷ Gobat, tr. 10, n. 770 et 771; et Quinar., tr. 5, cap. 29, sect. 1. — ⁸ De Matrim., lib. 10, disp. 8, num. 25. — ⁹ Tr. 28, disp. 3, punct. 6, § 5, n. 5. — ¹⁰ Lib. 3, part. 1, n. 714. — ¹¹ Loc. cit., n. 716. — ¹² Abbas Panorm., in cap. Plerunque, de donat. inter virum et uxor., n. 4. — ¹³ Pal., loc. cit., § 5, n. 7. — ¹⁴ Sanch., loc. cit., disp. 8, n. 13. — ¹⁵ Loc. cit., n. 140 et seqq. — ¹⁶ Man., cap. 14, n. 19 et 20. — ¹⁷ Lib. 5, cap. 2.

Quoad residentiam, vide dicenda de Benef., Lib. IV, n. 121 et 123.

358. — « 2º. Tenetur administrare Sacra menta ». [Non solum in necessitate extrema, sed etiam gravi. Salmant.¹⁸, cum S. Thoma^a et communi. Et addit Bonacina, teneri parochum etiam inquirere graviter indigentes]. — « Quoties, et quanto cum periculo, vide infra, et Bonacina¹⁹, Possevinum, Barbosa²⁰ ».

Quoad sacramentum Poenitentiae, vide

¹¹ De Matrim., lib. 10, disp. 18, n. 16. — ¹² Disp. 6, punct. 7, n. 3. — ¹³ Sess. 23, de Reform., cap. 1. — ¹⁴ De Offic. parochi, cap. 8, n. 1. — ¹⁵ Man., cap. 25, n. 121. — ¹⁶ Part. 2, lib. 7, cap. 4. — ¹⁷ Possev., de Off. curati, cap. 1. — ¹⁸ Barbosa, loc. cit., a n. 67. — ¹⁹ Lib. 4, cap. 1, dub. 8, n. 9. — ²⁰ Tr. 21, de Praec. decal., cap. 6, num. 33. — ²¹ Bonac., de 1º Praec., qu. 4, punct. 4, num. 5. — ²² Disp. 4, de Euchar., qu. 5, punct. 1, n. 15; et disp. 3, de 1º Praec., qu. 4, punct. 4, n. 5. — ²³ Possev., de Off. curati, cap. 1, n. 16 et 17; et cap. 5, n. 7 et 57. — ²⁴ Loc. cit., cap. 17, a num. 12; et cap. 19, num. 8.

^b) Bonacina, disp. 6, de 4º Praec., punct. 7, n. 2, non apponit limitationem a Busenbaum allatam; eam tamen satis innuit, scribens: « Si vero impedimentum afferat solum circa ea quae non sunt ex paecepto debita, ut plurimum

non est reus lethalis culpea, quia uxori non infert gravem injuriam aut notabile damnum ».

358. — ^a) S. Thomas, 2a 2ae, qu. 185, art. 5, quid plane doceat, vide infra apud S. Alphonsum, n. 360, v. Dubitatur 3.

Busenbaum, de Poenit. Lib. VI, n. 623, resp. 2 et 3. — Quoad Eucharistiam autem, tenetur ministrare quoties oves rationabiliter petunt. Vide de Euch. dicto Lib. VI, n. 253 et 254. Tempore autem pestis, probabile est non teneri ministrare Eucharistiam cum periculo vitae. Vide de Euch. eod. Lib. VI, n. 233.

359. — « 3º. Orare pro populo, et celeb- « brare ut populus audiat Missam. — Quam « etiam teneri eum eidem applicare, die- « bus saltem festis et aliquot aliis, docet « Toletus¹. Sed negat Suarez, Coninck²; « cum nullo jure id cautum sit. Vide Bo- « nacina³, Barbosa⁴ ».

Nota hic, quod a S. Pontifice Benedic- dicto XIV, ex Epistola encyclica edita anno 1744, statutum est, quemcumque parochum, sive habentem, sive non, con- gruos reditus, teneri omnibus dominicis et festis diebus applicare Missam pro populo. Et quamvis concessum sit alicui pa- rocho, si aliter vivere nequeat, applicare Missam pro eleemosynam praebente in diebus festis; sancitum est tamen, ut de- beant ipsi in aliis diebus ferialibus Missas pro populo supplere. — Et quoad vicarios, seu oeconomos ecclesiarum vacantium, data est facultas episcopis assignandi eis congruam fructuum portionem, ut pariter possint diebus festis pro populo celebrare. Vide Lib. VI, n. 326.

360. — « 4º. Docere populum, concio- « nando, arguendo, etc., per se vel per « alias. Toletus⁵, Possevinus, Barbosa,

¹ Lib. 5, cap. 5, n. 8. — ² Suar., in 3 Part., de Sacrif. Miss., disp. 86, sect. 1, num. 8. — ³ De Sacram., qu. 83, n. 199. — ⁴ De Euchar., qu. ult., punct. 7, n. 5. — ⁵ De Off. parochi, cap. 11, n. 5 et seqq. — ⁶ Bened. XIV, Encycl. Cum semper, de die 19 Aug. 1744. — ⁷ Lib. 5, cap. 5, n. 4. — ⁸ Possev., de Off. curati, cap. 3, num. 1, 2 et 10. — ⁹ Barbosa, de Off. parochi, cap. 14. — ¹⁰ Lib. 4, cap. 1, dub. 8, n. 12. — ¹¹ Conf. 21, de Obligat. superior. erga subdit., etc., n. 583. — ¹² Hennio, Decal., disp. 4, qu. 6, concl. 1. — ¹³ Sess. 24, de Reform., cap. 4. — ¹⁴ Lib. 1, cap. 1, dub. 4, n. 7 et 8. — ¹⁵ Tom. 2, lib. 1, disp. 8, num. 18. — ¹⁶ Sanch., Decal., lib. 2, cap. 8, n. 15. — ¹⁷ Pal., tr. 4, disp. 1, punct. 11, n. 3. — ¹⁸ Barbosa, de Off. et Potest. episc., alleg. 76, n. 38; et de Jure eccles., lib. 1, cap. 11, n. 7. — ¹⁹ Trull., loc. cit., n. 7. — ²⁰ Petr. Ledesma, Sum., part. 2, tr. 1, cap. 8, post concl. 7, v. Dubitum est. — ²¹ Tr. 21, cap. 2, n. 55. — ²² Possev., loc. cit., cap. 12, a n. 34; cap. 11, n. 12; cap. 13. — ²³ Lib. 20, n. 68. — ²⁴ De Paroch., cap. 7, a n. 24. — ²⁵ De Praec. decal., qu. 11, art. 6, n. 2.

360. — ^a) Bonacina, disp. 3, de 1º Praec., qu. 4, punct. 4, n. 5, non loquitur de corre- ctione in specie; sed dicit universe eos, quibus ex officio cura salutis proximi incumbit, teneri « ad procurandam proximi salutem, non solum in extrema proximi necessitate, verum etiam in gravi ». Citatque autores relativos, qui revera ita generatim docent; et quidem Valentia, in 2am 2ae, disp. 3, qu. 4, punct. 3, assert. 5, v. Quarto dico, addens ad idem teneri etiam in casu necessitatis ordinariae;

« Trullench⁶. — [Vide dicta de 3 Praec., n. 269, v. Hic obiter].

Pariter, superiores religionum etiam tenentur praedicatione pascere subditos, tamquam eorum pastores. — Elbel⁷ cum Henno.

« 5º. Tenetur singulis diebus dominicis « et festis solemnibus, populo doctrinam « christianam explicare, per se vel per « alium; ut constat ex Tridentino⁸. — ⁹ Idque, sub gravi obligatione etiam juris « divini, ob summam necessitatem; pro- « pter quam, eos ab episcopis aliisque « praelatis ad id cogi posse sub poena « excommunicationis (omnesque alios, ut « eam audiant, discant et sciant), docent « Trullench⁹, Baldellus¹⁰, ex Sanchez, « Palao, Barbosa, etc. ».

Bene autem potest huic obligationi do- ctrinam christianam explicandi, per alium satisfacere. — Trullench et Ledesma, apud Salmant. ¹¹.

« 6º. Tenetur infirmos visitare, pau- « rum curam habere, peccata corrigere, etc. — De quibus Possevinum, Reginaldum¹², « Barbosa¹³, vide supra^z.

Parochi (et tanto magis episcopi) tenen- tur sub gravi corrigere oves, in peccato mortal i vel ejus proximo periculo ex- stistentes, etiam cum discrimine vitae; et non solum in extrema, sed etiam in ea- rum gravi necessitate, semper ac adest spes emendationis. Ita communiter Bonacina^a cum Valentia^b, Maldero^c et Reginaldo^d; item Viva^e, Mazzotta^f,

Expli- care doctri- nam singu- lis festis.

Infirmo- rum et pau- perum cu- ram habe- re.

Corrigere oves, etiam in gravi ne- cessitate.

Malderus, in 2am 2ae, qu. 26, art. 5, assert. 2; Reginaldus, lib. 4, n. 360. Sed n. 336, a Bonac. citat., auctor iste asserit praelatum teneri suorum subditorum peccata corrigere etiam in dubio, et de illis inquirere: « Nam, inquit, incumbit illi ex officio super gregem suum vigilare, et infirmatibus ejus remedia adhibere, non tantum cum illas certo novit, sed etiam cum illarum habet indicia, quae dent ei occasionem timendi ».

^z) Mazzotta, tr. 2, disp. 2, qu. 1, cap. 2,

Salmant.^{c)} cum Suarez^{c)}, Coninck^{c)} et Trullench. (Vide etiam dicta Lib. II, numero 40). — Praeterea, parochi tenentur cum quocumque incommodo auferre scandala. Unde, si aliquis subditorum sit incorrigibilis, sed suo pravo exemplo sit aliis occasio ruinae; tenetur parochus tale damnum impedire, saltem episcopum certiorando: non tantum semel, sed quoisque scandalum perseverat, et spes effulget, ut illi occurri possit.

Sed dubitatur 1^o. *An ad id pastores teneantur ex caritate, vel justitia?*

Suarez^{d)} et Tapia, apud Salmant.¹, censent teneri solum ex caritate. — Sed probabilius tenentur ex justitia; ut sentiunt Roncaglia², Holzmann³; Palau⁴ cum Cajetano et Coninck; Salmant. cum Sanchez, Valentia, Diana et Trullench. Ratio, quia ad hoc utique a communitate stipendum pastoribus tribuitur, ut singulorum procurent salutem, et proinde vitia corrigit.

Dubitatur 2^o. *An pastores teneantur inquirere mores subditorum?*

Respondetur affirmative, ex communisententia; ut docent D. Thomas⁵, et Salmant. cum Laymann, Cajetano, Soto^{e)},

¹ Trull., lib. 1, cap. 5, dub. 14, num. 10. — ² Tapia, Catenaria, tom. 2, lib. 3, qu. 6, art. 13, num. 3. — ³ Tr. 21, cap. 7, num. 58. — ⁴ Tr. 6, qu. 3, de Carit., cap. 4, qu. 1, resp. 2, v. *Super omnes*. — ⁵ De Virtut. theol., n. 192. — ⁶ Tr. 6, disp. 3, punct. 7, num. 8. — ⁷ Cajetan., in 2^o 2^o, qu. 33, art. 2, in resp. ad 4. — ⁸ Coninck, de Virtut., disp. 28, dub. 5, num. 74. — ⁹ Salmant., loc. cit. — ¹⁰ Sanch., Consil., lib. 6, cap. 2, dub. 3, num. 6. — ¹¹ Valent., in 2^o 2^o, disp. 3,

§ 6, qu. 3, non facit mentionem de gravi necessitate; sed loquens de correctione, dicit praelatos teneri, etiam cum gravi incommodo, immo etiam cum periculo vitae, adhibere diligentiam ut peccata subditorum impediunt.

^{c)} Salmant., tr. 21, cap. 6, n. 33, loquuntur, ut Bonacina supra, de obligatione qua tenentur praelati, subveniendi etiam cum periculo vitae subditum, in eorum gravi spirituali necessitate. Et hoc pariter docent Suarez, de Caritate, disp. 9, sect. 2, n. 4; Coninck, de Virtut., disp. 25, dub. 7, n. 101. Cfr. etiam Salmant., cap. 7, n. 64, ubi de correctione in specie loquuntur.

^{d)} Suarez, a Salmanticensibus (ex Tapia tamen) allegatus ut refert S. Alphonsus, tenet contrarium, de Carit., disp. 8, sect. 4, et tuetur sententiam quam ipse S. Alphonsus probabiliorum existimat. Etenim, n. 4: « Adver-

Ledesma, Villalobos, etc. — Ratio, quam tradit D. Thomas, est, quia illi qui specialem obligationem habent incumbendi saluti alicujus certae personae (sicut habent pastores erga singulas suas oves), tenentur non solum corrigere delinquentes, sed etiam prospicere an obligationi suae satisficiant. — Secus vero dicendum de aliis, qui generalem obligationem habent erga proximos. Iстis enim sufficit corrigere eos tantum, quos lapsos vel in proximo periculo labid animadverterint.

Dubitatur 3^o. *An episcopi et parochi teneantur non deserere oves, etiam cum periculo mortis?*

Respondetur cum D. Thoma⁶, qui sic docet: *Ubi subditorum salus exigit personae pastoris praesentiam, non debet pastor personaliter suum gregem deserere, neque propter aliquod commodum temporale, neque etiam propter aliquod personale periculum imminens: cum bonus pastor animam suam ponere teneatur pro ovi suis*. Sic enim habetur in Joan. cap. x. Et haec verba non solum consilium, sed etiam paeceptum continent; ut recte probant Salmant.⁷, ex can. *Sciscitaris, caus. 7, qu. 1*, ubi clare hoc exprimitur.

Tenentur non deserere oves etiam cum periculo mortis.

qu. 10, punct. 3, v. *Porro hanc, et v. Sed haec forte. — Diana*, part. 5, tr. 14, resol. 95; et part. 7, tr. 3, resol. 9. — ⁸ Trull., lib. 1, cap. 5, dub. 15, num. 1. — ⁹ Tr. 21, cap. 7, num. 58. — ¹⁰ Tr. 6, qu. 3, de Carit., cap. 4, qu. 1, resp. 2, v. *Super omnes*. — ¹¹ De Virtut. theol., n. 192. — ¹² Tr. 6, disp. 3, punct. 7, num. 8. — ¹³ Cajetan., in 2^o 2^o, qu. 33, art. 2, in resp. ad 4. — ¹⁴ Coninck, de Virtut., disp. 28, dub. 5, num. 74. — ¹⁵ Salmant., loc. cit. — ¹⁶ Sanch., Consil., lib. 6, cap. 2, dub. 3, num. 6. — ¹⁷ Valent., in 2^o 2^o, disp. 3,

tendum, inquit, praelatos simul obligari posse et paecepto hoc misericordiae, et paecepto justitiae ratione officii». Et n. 5, quaerens utrum duo peccata admittat praelatus, qui hoc officium negligit: « Videtur, inquit, solum contra justitiam committere; sed: « Si... consideretur proprium paeceptum misericordiae et justitiae, ibi esse duas malitias, alteram contra justitiam, ut per se notum est, et alteram contra misericordiam».

^{c)} Quamvis Sotus, de Secreto, membr. 2, qu. 4, concl. 7, tantum asserat praelatum posse subditum delinquentem et denuntiatum admonere, « quod explorabit deinceps ejus vitam », (ex quibus dictis Salmant. concludunt praelatum ad id etiam teneri); ibidem tamen, qu. 6, concl. 2, Sotus dicit praelatos ecclesiasticos, statim temporibus teneri « visitari provinciam, dioecesim aut conventum, ad explorandos subditorum mores ».

mitur^{f)}. — Si vero (subdit S. Thomas) subditorum saluti possit sufficienter... per alium providet; tunc licet... vel propter aliquod commodum Ecclesiae, vel personae periculum, corporaliter gregem deserere. — Quaenam autem sint causae excusantes parochos a residentia, vide Lib. IV, n. 125.

Episcopus debet exiger rationem a vicario capitulari.

Tenentur quam pri-
mum visita-
re dioce-
sim.

Insuper notandum I^o. Quod episcopus, cum suscipit regimen sui episcopatus, debet (ut praecipit concilium Tridentinum¹) rationem exigere a vicario capitulari de omnibus ab eo gestis tempore vacationis.

Notandum II^o. Teneri episcopum, ex eodem Tridentino², quam celeriter potest suam dioecesim visitare; et in visitatione nihil posse accipere, nisi virtualia. — Ibi sic dicitur: *Episcopi propriam dioecesim per seipso, aut, si legitimate impediti fuerint, per suum generalem vicarium aut visitatorem, si quotannis totam, proprie ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem, ita tamen, ut tota biennio per se vel visitatores suos compleatur, visitare non praetermittant.*

DUBIUM VII.

Quae obligatio Praeceptorum et Discipulorum.

361. — « Resp. Inter paeceptores (idem est de paedagogis) et discipulos, est quodammodo eadem obligatio, quae inter parentes et liberos.

« Unde resolves:

« 1^o. *Discipuli* peccant: 1^o. Si paeceptoribus et paedagogis non exhibeant honorem et reverentiam. — 2^o. Si non obediant in rebus pertinentibus ad studia et bonos mores. — 3^o. Si eos conviciis vel contumeliosis verbis traducant. — 4^o. Si negligenter studeant; scholaram aut studiorum tempore lusui vacent vel otio. — 5^o. Pecunias parentum dilapident vel inutiliter expendant. — 6^o. Malo fine studeant. — 7^o. Gymnasi

¹ S. Thom., 2^o 2^o, qu. 185, art. 5. — ² Sess. 24, de Reform., cap. 16. — ³ Loc. cit., cap. 3. — ⁴ Man., cap. 28, a

Deinde additur: *Studeant quam celerrime, debita tamen cum diligentia, visitationem... absolvere. Interimque caveant, ne inutilibus sumptibus cuiquam graves onerosive sint; neve ipsi aut quisquam suorum, quicquam procurationis causa, pro visitatione, etc., nec pecuniam nec munus, quodcumque sit, etiam qualitercumque offeratur, accipiant; non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili; exceptis tamen virtualibus, quae sibi ac suis frugaliter moderateque, pro temporis tantum necessitate et non ultra, erunt ministranda. Sit tamen in optione eorum qui visitantur, si malint solvere id, quod erat ab ipsis ante solvi, certa pecunia taxata, consuetum, an vero praedicta virtualia, subministrare: salvo item jure conventionum antiquarum cum monasteriis aliisve piis locis aut ecclesiis non parochialibus inito, quod illaesum permaneat... Quod si quispiam... aliquid amplius... accipere presumpserit, is, praeter dupli restitutionem intra mensem faciemad, aliis etiam poenis, etc.*

« sui leges vel academiae statuta (si qui dem ea ad peccatum obligent) non servent. — 8^o. Scientias superstitiones aut vetitas addiscant, vel libros prohibitos legant. — 9^o. Stipendium debitum doctori suo non solvant, cum possint. — ¹⁰ Vide Navarrus³, Filiuccium⁴.

362. — « 2^o. *Magistri* et paedagogi peccant: 1^o. Si peccata discipulorum dissimulent et non corrigan quando possunt. — 2^o. Profectum eorum in litteris non sedulo promoveant. — 3^o. Non doceant bonos mores. — 4^o. Si ex proposito falsa doceant ut vera, vel superstitionis et salutis noxia. — 5^o. Non studeant ipsi ut officio satisfaciant. — 6^o. Si stipendium exigant

n. 35; et cap. 25, n. 59. — ⁴ Tr. 28, part. 2, cap. 10, qu. 1, n. 149 et 150.

Peccata magistri.

^{f)} Can. *Sciscitaris*, obligationem istam his verbis significat: « Scias..., quod si pernicio-

sum est proretam in tranquillitate navim deserere, quanto magis in fluctibus ».

« majus justo, vel quam gymnasii leges « philosophia, forte veniale tantum esse
« aut consuetudo permittat. — 7º. Docto- « censem Cajetanus¹. — 8º. Si discipulis
« ratus insignia negent dignis, vel indi- « malo sint exemplo. — 9º. Si malis mo-
« gnis conferant: quod Navarrus dicit esse « ribus imbutos, et qui aliis perniciosi
« mortale, praesertim in theologia, jure « sunt, ad scholas admittant, vel ex iis
« canonico, civili, et medicina: nam in « non dimittant. — « Vide Trullench² ».

Navar., Man., cap. 25, n. 57. — ¹ Sum., v. *Doctoratus*. —

² Lib 4, cap. 1, dub. 11, n. 2.